

(n. 3961. 3972); sed magistratus Nomentanus n. 3941 fuit tribu Cornelia, n. 3955 tribu Palatina (Crustumina praeterea est n. 3979). *Municipium* appellatur Nomentum n. 3955. Summus magistratus Nomentanorum etiam imperatorum aetate fuit dictator (n. 3941; *dictator IIII* n. 3955); praeterea ibi fuerunt aediles (n. 3941. 3955) et quaestores alimentorum (n. 3941). *Flamen perpetuus duumvirali potestate* est n. 3955; *sacerdos Nomentanorum matris d(eum) m(agnae)* n. 3956. Seviri Augustales videntur memorari n. 3957. — Ipsa urbs Nomentum apud auctores aetatis imperatoriae, si exceperis chorographos Plinium (cf. supra) et Ptolemaeum 3, 4, 62, qui recenset Nomentum inter oppida Latinorum, iam non memoratur, saepius memorantur praedia Nomentana. Praedium in agro Nomentano fuisse Attico Ciceronis amico scimus ex Cornelio Nepote vit. Att. c. 14, vix diversum id ab eo praedio Attici quod Ficulense dicit

3941 Nomentanam inscriptionem, eamque nuper repertam, dicit AMATI (a. 1832), ubi viderit Camporesius, non adnotavit. — Nullus locus adnotatus est in DELINEATIONE inter schedas Caninae.

<i>in latere:</i> sacerdos manu tenens ramuscum fortasse loti	D · VALERIVS · D · F · COR PROCVLVS · AEDIL · DICTATOR QVAEST · ALIMENTORVM · HYDRAEV · CEMMIS · EX 5 ORNATVM ET · AVRATVM VNA · CVM · VALERIA FORTV NATA ET VALERIA PROCVLA ISIDI · ET · SERAPI D · D
--	--

<i>in latere:</i> sacerdos tenens sistrum
--

Accurate delineatam repperi inter schedas Caninae (cod. bibl. Sapientiae 106h f. 219) manu mihi ignota, fortasse Camporesii; nam huius delineationem accuratissimam diserte laudat Amati *giorn. arcad.* vol. 56 (1832) p. 324 (inde Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 36, syll. n. 6138), qui exhibet etiam ms. Vat. 9773 f. 1; praeterea extat in eisdem schedis Caninae f. 214.

4 CEMMIS in lapide esse adfirmat Amati *giorn. arc.* p. 333; et ita habet delineatio (non exemplum f. 214).

Hydraeum (v. 4) videtur esse ornamentum aliquod muliebre.

3942 Nomenti rep. mense Oct. 1833 effossionibus Borghesianis.

<i>germ.</i> NICO CAESARI IMP caesari <i>fil.</i> F · AVGSTI · N diu filio <i>AVGVRI Q</i> cet.

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

Imp. vocabulum non potest referri ad Germanicum, quippe quod interpositum esset inter nomen ipsius et patris. Sequitur ut pertinuerit ad alterum titulum in eodem lapide perscriptum, qui quin Augusti fuerit non potest dubitari. Crediderim hoc fragmentum superesse ex monumento dedicato Augusto et Tiberio, Germanico et Druso, inter annum p. C. 7, quo Germanicus quaestor fuerat, et a. 12, quo primum consul processit; nam consulatum adepto quaestura vix esset adscripta.

3945 tabula magna marmorea. Nomenti anno 1817 reperta a pastoribus, destinata museo Vaticano AMATI. Nunc in repositis musei Lateranensis.

T · TITIVS · T · F · SER · TAPPO · XXVI · VIR T · TITIVS · T · F · SER · POPPALENVS · PATER GESSIA · MV · F · MATER · TITIA · T · F · RVFA · SOROR PARCITIS · HEREDI · ET · VOS · INSENTIBVS · DEDITE · MORTI 5 SI QVID · MORTVI · HABENT · HOC · MEVM · ERIT · CETERA · LIQ ARBITRATV · Q · VMBRICI · Q · F · CLA · FLACCI " M · H · N · S ·

Aetatis circiter Augusti, ut reliquae inscriptiones vigintisexvirum, quo dicit etiam litteratura. — 4.5 sunt hexametri duo prisca licentia facti, quibus defunctus adloquitur praetereunte, admonens eos, ut vita fruantur neu in heredis commodum rebus suis parcent; mortuis nihil superesse (*si quid mortui habent, hoc meum erit; cetera liq(ui)*); verba *vos insertibus dedite morti* non intellego nec, quantum video, quisquam ea intellexit editorum. [Mommseno v. 4 contineri videtur solitum diverbium. Prior Manes adloquitur viator, qui idem heres est vel si magis placet pro herede rogat: ‘parcitis (= parcite) heredi.’ Respondent Manes: *et vos (praetereunte) insertibus (= iis qui in sepulcro insunt) dedite morti* (scilicet debita)].

XIV

Cicero ad Att. 12, 34 (cf. infra p. 447, XXXVIII not. 2); erat enim vicina Nomento Ficulea, et praedium situm in confinio duorum territoriorum ab utroque oppido appellari potuit. Magni autem aestimabantur Nomentana praedia non tam propter amoenitatem regionis quam propter fructum quem domini inde capere solebant (cf. Martialis 2, 38: *quid mihi reddat ager quaeris, Line, Nomentanus*), qui et suum et amicorum praedia Nomentana etiam alibi saepius memorat 6, 43, 3. 7, 92, 5. 9, 61. 10, 44. 10, 94. 12, 57. 13, 42), vineis potissimum ibi institutis, cf. Plin. h. n. 14, 48. 49. 51 (de uva Nomentana egit praeterea Columella 3, 2, ex quo sua habuit Plinius h. n. 14, 23; cf. Martialis 1, 106. 13, 119). — Episcopi Nomentani saepius memorantur in actis ecclesiae saeculorum p. C. inde a V usque ad decimum (Ughelli X p. 146. 147).

3943 Nomenti rep. mense Oct. 1833 fissionibus Borghesianis AMATI de utroque fragmento.

<i>a</i> ti. caesar I diu augVSTI F a u GVSTO P I O	<i>b</i> XI XXXVI a. 34—35 VSSVS
---	---

Amati ms. Vat. 9774 f. 27.

Coniunxi haec fragmenta non solum quod una reperta sunt, sed etiam quod cum alterum (a) aperte spectet ad Tiberium — nam Augusti filius Augustus nemo alias umquam dictus est (quamquam ita dici potuerunt Commodus et Caracalla vivis patribus) —, in altero invenitur numerus XXXVI, ad quem numerum tribuniciae potestatis praeter Tiberium solus Augustus pervenit; accedit quod utriusque fragmenti scripta erat etiam par aversa (n. 3947), quod vix casu factum est, immo ipsum eo ducit haec fragmenta esse coniungenda.

In fragmento a v. 4 PIO videtur male exceptum pro *pontifici maximo*, in fr. b v. 1 fuit fortasse *[imp. u]lli*...

3944 Nomenti sull' alto del campanile della chiesa della Pietà de' Santucc AMATI. Frustra quaesivi.

<i>imp.</i> CAESARI diu I · NERVAE filio NERVAE traIANO · AVG 5 gerM · DACICO

Amati ms. Vat. 9774 f. 29.

5 in. 1 traditur pro M.

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Amati ms. Vat. et in actis acad. pontif. archaeol. I, 1 p. 107 (in dissertatione lecta d. 31 Jul. 1817); Biondi *giornale arcadico* 3 (1819) p. 200; Fea sched. f. 282; Kellermann vig. p. 68 not. ad n. 250; Henzen syll. n. 6457, qui vidit. Vv. 2 et 3 delineavit Huebner exempl. script. epigraphicae n. 8.

4 in. T littera, quam priores (Amatius Fea Kell. Henzen) exhibent ut extantem in lapide, nunc deest.